



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Feria. iij. tertie dominice. xl. de necessitate confessionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

Feria tertia.

In alia vita. O inmemores pprie salutis. O homines grossi. Sic de mulieribus q̄ se laudat. Pater quotidie dicitoris pater noster etc. Aut accusari viciuas. Pater illa mea vicina abstulit mihi gallinam etc. ¶ Terti^o defect^o etc. Quia non faciunt penitentiam eis inlicita et confessoribus. Contra Deum. xvij. Qui non obedierit sacerdotis imperio morte morietur. Et penitentia q̄ non fit hic. fiet in alia vita acerbior: immo acerbissima. Exemplo legitur in libro de opibus. Tempore Innocentij pape. quidam ribaldus maximus ad pontificem accessit p̄ absolutione sui facinoris non volens facere penitentiam: tandem ei intulit ut diceret omni die tibi: qm̄ dormitus iret cum signo crucis. Morieris et non viues. Considerans hoc cepit flere. O miser melius est hic plangere q̄ in alia vita. Unde indigna egit penitentia super peccatis suis: et saluatus est. ¶ Feria. iij. hebdomade tertie. De necessitate confessionum.



Si peccauerit

in te frater tu^o vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Mat. xvij. ¶ Veritas incarnata: hodie nobis dat quattuor salutifera documenta salutis nostre q̄ plurimum necessaria. ¶ Primum de fraternae correctione cum dicit. Si peccauerit in te frater tu^o. i. te solo sciente vel in te. i. contra te iniurias irrogando. Vade et corripe eum inter te et ipsum solum. fm̄ Crisostomum et Thomas sup̄ Mat. Aut peccatum primum est publicum aut occultum. Si publicum publice est arguendum. Unde et nostro romano apostolo l. ad Thimoteum. v. Peccantem coram omnibus argue: ut ceteri timorem habeant. Aut est secretum tunc habet locum correctio: fraterna que est secreti charitatis que debet fieri in loco secreto. Corripe eum inter te et ipsum solum. Non immerito. Juxta illud bona est fama in populo q̄ super omnia

Melius est nomen bonum q̄ diuitia multe. Ideo secreta peccati primum corrigendum est: ne si reprehendatur in publico efficiatur inuercundus. et p̄ consequens lesa fama sua a peccato non se corrigat. Unde dicit. Si peccauerit etc. Secundum documentum est de prelatorum dignitate cum subdit. Amen dico vobis. quecumq̄ alligaueritis super terram erunt. et. li. in celo. q̄ scilicet potest celum asperire sacerdos peccatorum penitenti. Mat. xvi. Tibi dabo claves regni celorum. Et Joh. xx. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt.

¶ Tertium documentum de orationis utilitate. cum dicit. Dico vobis quia si duo ex vobis consenserint: scilicet in aliquo in officio sibi inuicem remittendo. De omni re quam petierint fiet illis a patre meo. Quia oratio non est accepta coram deo: si teneatur contra fratrem odium in animo. Unde subditur. Ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo. i. in charitate uniti in medio eorum sum. sic acquiescens do bone voluntati eorum et petendi. Quia in verbo in medio eorum sum. fm̄ phil. ij. Phil. Virtus in medio consistit. In eodem: medius in omnibus est laudabile Poeta. Medium tenere beatus christus in omnibus tenuit medium. Nam in natiuitate stetit in medio duorum: aialium. In morte stetit in medio duorum latronum. Post resurrectionem stetit in medio discipulorum. Lu. vi. Stetit in medio discipulorum suorum. Per hoc nos instruit q̄ in omnibus opibus nostris debemus tenere medium et fugere extrema. Aliter enim ipsa opera non essent virtuosa: q̄ omnes virtutes sunt in medio. Virtus in medio consistit. ¶ Quartum q̄ iniurias semper dimittere debemus. Accedens petrus ad christum dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus: dimitta ei usque septies. Respondit iesus. Non solum septies: sed usque septuagesies: septies. i. toties quotiens. Ponitur numerus determinat^{us}

Ad determinato. hęc. Septuagesies
septies. i. quadringētis nonaginta vi
tib⁹. Sen. Si magnanim⁹ fueris: nū
q̄ reputabis tibi iniuriā fieri. Appli
ca. de necessitate confessionis erit ser
mo. De qua duo sūt vidēda mysteria.

¶ Primum dicitur necessitatis.

¶ Secundum dicitur temporalitatis.

¶ Circa primum. Queritur dubium.
Utrum homini sit necessaria vocalis
confessio ad salutē. Ad qd duplex fuit
opinio. Una dicit q̄ non. Que pbat in
sentū suuz triplici medio. Que positō
fuit grecorū: et quorūdam hereticorū
Primum est tale. Si necessarium esset
homini confiteri sacerdoti: hoc nō eēt
nisi ad taxandum sibi penitentiaz de
peccatis: sed hō pōt sufficiēter sibi pe
nitentiam taxare: igitur vocalis p̄fessio
nō eēt. ¶ Secundum est tale. Nullus tenetur
manifestare inhonesta corporis sui:
multo minus inhonesta sie que sunt
p̄ctā. ff. de condi. ob turpē cām. l. ij. C.
de iureiurādo. l. i. et ij. vbi dicitur. Non dicitur
aliquis allegare turpidanem suam:
igitur. et c. ¶ Tertium est tale. Con
fessio est necessaria ad remissionē cul
pe. Sed aliquibus peccatum remissū
est sine hoc q̄ confessi legantur. vt p̄ter
de Petro paulo. de deprehensa in ad
alterio. de magdalena: et plurib⁹ alijs
a quibus x̄ps nullā exegit p̄fessionē et
sine p̄ctā remisit vt daret̄ intelligi p̄ctā
esse dimittenda sine p̄fessione igitur cō
fessio vocalis. et c. ¶ Tercia opinio dicitur
q̄ sic. Jac. v. Confitemini alterutrū
p̄ctā vestra. Ad quā difficultatē theo
logi in iij. dist. xvij. et omnes canonici
responderunt. q̄ confessio vocalis ne
cessaria est homini ad salutē. Quod
p̄batur triplici ratione.

¶ Primo ratione preceptionis.

¶ Secundo ratione auctoritatis.

¶ Tertio rōne exemplaritatis.

¶ Primo rōne. et c. Ex quintuplici les
ge. p̄ceptū est. Primo legis natura
lis. Una est maxima theologorū q̄ hō
compositus est ex corpore et sia. Ex
parte corporis est multum labilis ad

peccandum. i. Jo. iij. Si dixerim⁹: qz
p̄ctm̄ non habem⁹: ipsi nos seducim⁹
et veritas in nob nō ē. Et. xij. q. i. ca. Ois
etas ad malum p̄na est ab adolescē
tia sua. Ita fragilis vt dicit Tho. in
iij. distin. xij. q̄ homo diu nō potest eē
sine veniali. Ad p̄positū. Rō natura
lis dicit vt post p̄ctm̄ sit male contē
tus se recoḡscendo et veniā petendo.
hec autem recognitio: dicunt doctores:
hec est p̄fessio mētalis: quā faciebant
antiqui post p̄ctm̄. Et qz deus añ in
carnationē erat sp̄s. Joh. iij. Deus
sp̄s est. Ideo erat p̄tentus mētali cō
fessione nec plus exigebat. Sz postq̄
factus est hō: p̄fessionem oris a nobis
exigit. Et qz p̄ns nō est corporā nobis
cū vult vt eā faciam⁹ suo vicario: scz
sacerdoti. De q̄ Mat. viij. Uade ofide
te sacerdoti. s. p̄fessorij. Que confessio
fuit figurata in terrestri paradiso gen.
iij. qm̄ dictum fuit adē. Adam vbi es?
q. d. Cōfiterere reatuꝝ tuū. Super quo
Aug. Adāz vbi es? Verba sunt incre
pantis et ad confessionem cogentis:
non ignorantis. Ille. Unde constat: q̄
loquitur de confessione vocali et men
tali fienda ipsi deo. Primo vocali: qz
tunc deus non homo vocaliter loq̄
batur ipsi Adē. Ubi es? Unde ab illo
lo loco fuit data confessio. Secundo
mentali: vt in seipso adam esset male
content⁹. Et hoc dicit Thomas. iij.
distin. xvij. q̄ confessio est de iure na
turali. et Scotus in. iij. eadem di. q.
vnica. q̄ confessio est de iure diuino.
Ex hoc papa non potest dispensare
super hac: et canon. extra de penitē.
et re. c. Omnis vtriusq̄. q̄ confessio
est de iure positiuo. Unde Tho. quo
libet. iij. q. x. hoc mirabile dicit. In
dubitanter tenendum est q̄ confes
sio est de iure diuino: et semper ho
mines tenebantur ad eam post casuz
in peccato mortali in voto: sed non in
effectu: quia nondum erant instituti
confessores: nisi post passionem chl
sti: qui haberent absoluendi auctoriz
tatem. Ille. Unde patet prima lex.

Feria tertia.

¶ Secundo de precepto legis moysayca-
lis: que in sacrificijs et oblationibus
animaliū figurabat confessionem. In
Leui. iij. et iij. c. dicitur: quod percussus lepra
debebat se sacerdoti presentare: et ille
modū lepre considerabat. Si videbat le-
pram incurabilem: immundū iudica-
bat: et a ceteris sepandū. Si autē vide-
bat habile correctionē mundū iudica-
bat et liber dimittebat. hoc propriū huius
agere sacerdos in lege noua spiritali:
circa peccatōre. Qui si videt peccatōre non
peritū ipm expellit. Sed si dolet absol-
uit. Un̄ ex hoc aliq̄ ex hebreis bñ peri-
tis asserūt: quod dñs reperit sacerdotem
de leuitico gñe: quod tñ difficile est di-
scernere: peccatā sua ei vocali cōfiteri:
sicut et nos añ mortē. **¶** Tercio ex p-
cepto legis prophetalis. Proū. xxvij.
Qui abscondit scelera sua non diriget
qui autē confessus fuerit inueniet grām.
Et Esa. xliij. Sume cytharā. s. confessio
nis inquit de: frequēta tñ: meretrice
tradita obliuioni. **¶** Quarto legis e-
uangelicalis. Scribit Lu. xviij. de de-
cem leprosis a xp̄o mūdatis. Qui cla-
mabant. Jesu fili dō. et. Quib⁹ dixit
Ite oñdite vos sacerdotib⁹. Esido au-
tē mūdatis sūt ad innuendū: quod lepra
peccati mūdatis oñdendo se sacerdo-
ti in confessione. Preterea Lu. iij. dicit
quod qui baptizabant a Johāne confitebā-
tur ei peccatā sua: ut dicit thō. in. iij. di.
i. Baptism⁹ Johānis n̄ erat sacramē-
tū ecclie. p̄ q̄s nec purgatiuū peccatō-
rum et tñ dispositiū ad p̄niam ut e-
tiaz ptz de cōse. dist. iij. c. Alio Quā-
to magis tenent nūc xp̄iam adve-
sacramentū confessionis. Quā p̄mul-
gauit Jacobus apostolus: ut patet Ja-
cobi. v. di. Confitemini alterutrum
peccata vestra. s. habentibus claues
ecclie. Quibus xp̄s dedit auctorita-
tem absoluendi in persona omnī Jo-
penul. Quorum remiseritis peccata
remittunt eis: et quorum retinueritis
retenta sunt. O dignitas sacerdotum
confessorum. **¶** Quinto de precepto
legis canonicalis. de pe. dist. i. caplo.

Serpens Venalis est culpa. i. digna
venia. quam sequit̄ confessio delictorū.
In eadez dist. Non meruit iusti-
ficari quod peccatā sua noluit confiteri. Sed quod
rit aia chara. Utrū virgo et apli confite-
rent. Confessio: peccatū presupponit. In
maria non fuit peccatū: ergo nec confessio.
R̄ndet Ric. in. iij. di. iij. ar. iij. et Al-
ber. sup. Missus est. Quod apli et Johes
bap. confitebant: s. non legam⁹ vbi aut
quā. De maria autē dicit quod Johāni euan-
geliste confitebat ex hūilitate: a quod omnia
ecclie sacramēta accepit. Cui dice-
bat. Omi Johānes non sū digna tan-
to filio. Non sū digna vocari m̄ dei:
quod non recognosco filij mei bñficia: il-
cet recognosceret. Un̄ patet prima ratio
principalis. **¶** Secundo ratione. et. Extra
de pe. et re. c. Omnis. Omnis vtriusque se-
rus postq̄ ad annos discretionis pue-
nerit omnia peccatā sua tenet proprio sa-
cerdoti confiteri. Ille. In quibus ver-
bis quattuor ponuntur difficultates.
Prima est. Qui dicuntur anni discre-
tionis. Circa hoc quattuor sunt opini-
ones. Una est Ricar. in. iij. et Sco. in
iij. quod annus discretionis dicitur: cuius quis
est doli capax: et cognoscit peccatū. Cu-
ius signus est: quando dat interrogā-
ti ordinatas r̄siones. Et in hoc tem-
pore tenetur confiteri. Opinio est aliorū
quod ann⁹ discretionis intelligit̄ in mi-
liere anno. xij. in viro. xiiij. In quo tē-
pore obligatur ad confessionem et con-
munionem. Quod vero seruatur hodie
nis temporibus. **¶** Tercia opinio est
quorundam: quod annus discretionis in-
telligitur annus octauus. Que opi-
nio vera non videtur. Ratio: quia ut
in pluribus in anno octauo puer non
dum huius usum rationis: ut experientia
patet. Et s̄uis dicat de puero. v. ans-
norum. De quo Greg. in. iij. dia. dicit
ad gehennam esse condēnatū propter
peccatū blasphemie: R̄ndeo: quod in illo fu-
it acceleratus vsus rationis preter
communem usum: quem si non habu-
isset: non fuisset sibi imputatū in pec-
catum. Si ergo iste vsus rationis ha-

huit preter vsus eodem in quinquēnio
vnde peccare potuit. non sequitur q
oēs alij habeant. Qz vt dicit extra d
re. iur. in. vi. Ea que a iure cōi exorbi
tant non sunt in psequentiā trahēda
Et p̄hus. Una irundo non facit ver.
¶ Quarta opinio. q̄ verior videtur. z
est Tho. in. iij. q̄ pueri circa. xi. vel.
xij. annū si apparent signa in eis de
notionis ita. s. q̄ sciant discernere pa
nē materialē z sacramētales p̄nt cōi
care: qz p̄sumit habere vsu ratiōis
¶ Sc̄da difficultas. Quis d̄r p̄prius
sacerdos Ad qd̄ r̄ndet Alex. iij. par.
summe. q. cclxxij. Proprius sacerdos
dicit̄ tribus modis. Primo p̄prie. Et
iste est sacerdos parochialis q̄ sacra
menta ministrat. z cui cōmissa est cu
ra sp̄ualis parochianoz. Sc̄do d̄r p
prius. z c̄. iste est xp̄us: prelatus ordi
narius. Tercio communissime: vt pe
nitentiarij pape. Et illi quibus a pa
pa cōcessum est priuilegium audien
di confessiones vt p̄dicatores et mi
nores. Sicut patet p̄ decretales. De
confessi onibus audiēdis. ¶ Tercia
difficultas. z c̄. Utrum sine pctō exis
tens obligetur ad confessionem Pe
trus de Tarantasio in dist. xvij. dicit
q̄ sic. Et hoc est p̄pter preceptum ec
clesie: de confitendo semel in anno. i
Sed dicitis. Cum non habeam nisi ve
nialia que multis modis remittunt.
quid debeo confiteri. Respondeo q̄
non ex vi sacramenti obligatur: sed
ex instuto ecclesie. Sed pono casum.
An existens sine veniali tenetur ad
hoc preceptum. Respondeo q̄ sic: qz
ecclesia sic precepit. Et peccator con
fiteri debet se peccatorem esse in po
tenta non in actu. ¶ Quinta difficul
tas. z c̄. Utrum quis absolui possit si
ne penitentia. Videtur q̄ sic. Quia
christus: adulteram absoluit. sine pe
nitentia. Uade inquit. z amplius z c̄.
Respondeo q̄ nemo potest absolui si
ne ea: quia est sigillum confessionis.
Ad argumentum christi. Respondeo
q̄ maiorem dedit q̄ dari possit dicēs

Uade et amplius noli peccare: q̄ etiā
p̄tritionē infudit. ¶ Tercio p̄bat ex
emplo p̄fessionē esse necessariam. Ex
emplo m̄keris. Filia cuiusdā magni
p̄ncipis visitās curiā: cuz esset d̄go z
deuotissima: p̄sultit papā: vtrū religi
onez intraret. Qui attendēs ei⁹ sc̄ti
tate p̄sultit qd̄ nō: sed in suo statu per
maneret. Et cū iniēcisset oculos i que
daz seruū ei⁹. corrupta est ab eo: a q̄
z p̄lez habuit. Un̄ religionez intravit
z tñ hoc pctm̄ p̄fiteri erubuit multuz
p̄ pctō se affligens ac macerās. Cuz
aut̄ moreret: z sancta crederetur: ab
abbatissa p̄durata est q̄ eam certifi
caret de merito suo. Appuit horribi
lis post mortē dicēs se dānatā: eo qz
illud pctm̄ qd̄ p̄miserat non fuit p̄fes
sa. Aliō exemplū de d̄no quodā: q̄ de
ridebat confessionē. Apparuit in for
ma porci filijs in camera. O filij inq̄
ens duplici de causa sū dānatus. Pri
mo rōne libidinis: et ideo sic in hac
forma vobis appeo: qz fui porc⁹. Se
cundo qz derisi p̄fessionez: ideo sū dā
natus. Ad argumēta. Ad p̄mum res
pondet Ric. in. iij. di. xvij. Qd̄ ille q̄
est nimis familiaris vni p̄ti: iudex n̄
debz esse in illa causa. Extra de officio
z p̄tate iudicis. d. Glo. Familiari
tatis affectio: veritatē impedire solz.
z. C. ne quis in p̄pria causa. l. i. Ne
mo eē d̄z iudex in p̄pria causa. Ni
mus enim est homo familiaris carni
sue. Unde non faceret sibi conscientiz
am de peccatis magnis: z suo modo.
Ideo d̄z ire ad alium. Ad sc̄dm̄ respō
det Boetius. i. li. p̄sa. iij. d̄ Con. Et
ff. de pactis. l. Tres fratres. Si opa
medicantis expectas: opus est vt vul
nus detegas. Ad tertium respondet
Alexan. vt supra. Qd̄ etsi nō legatur
confessio predictorum. potuit tamen
fieri et factum est. Plura enim sunt
a christo facta que non sunt scripta.
Unde patet necessitas confessionis
vocalis. Sed videmus plures stetit
se per. x. et. xx. annos sine confessione
Quis sup̄ hoc dispensauit. R̄ndeo q̄

Feria tertia.

dyabolus. Vis videre. Quare concubina
rius non confitetur. Dicitur quod propter luxuriam
auarum propter auariciam: gulosus propter
gulam. Igitur cum istis dispensat demon. Cum
auaris: demon auaricie. cum luxuriosis
demon luxurie. Unde patet primum. Secundum
principale. etc. Quo tempore facienda est ista
confessio. An statim postquam homo peccauit
aut differre debet versus ad tempus. xl. si infra
annum non facit. Ad hoc loquor possumus du
plur. Aut quo ad propositum interiorem. Aut
quod ad hominem exterius. Si primo modo: dicunt
doctores quod tenet proponere confiteri
quandam occurrit memoria de peccato. Et tenet
quod est male contentus: quotiens occurrit ei
memoria peccati. Sed si loquimur de confessione
actuali circa hoc est triplex opinio do
ctorum. Prima. etc. canonistarum. Inno
centius super prima causa. Omnis. de pe. et re. Et
Archidia. super c. Ille rex. de pe. di. iij.
dicunt quod omnis qui cecidit in mortale:
procurius tenet confiteri ex debito neces
sitatis. Et ratio horum est. Quilibet tenet
vitare periculum anime. Sed differre confessio
nem ex his in mortali: est in periculo anime.
et non vitat periculum: quod potest euenire
Lucanum in primo. Tolle moras: semper
nocuit differre paratis. Igitur. etc.
Secunda est opinio theologorum. ut
Thomas in. iij. distinctione. xvij. Et
in quolibet in quadam questione. Et Ri
car. in. iij. Quod peccator non statim
tenetur confiteri: nisi in quattuor cas
ibus. Primus cum quis vult se com
municare vel missas celebrare: vel mi
nistrare aliquod sacramentum. In hoc
casu: non sufficit quod sit contritus: sed es
tiam quod sit confessus. Secundus cum
quis habet facere longum iter: et pro
babiliter dubitat quod pro illo anno: am
plus non occurreret illi copia confesso
ris: in hoc obligatur. Quis ut dicitur
de conse. dist. v. Baptizare. Ubi peric
ulum imminet auferenda est mora.
In dubijs enim tutior via est eligen
da. ut habetur extra de homicidio. ca.
ad audientiam. Tertius casus est:
quando habet facere aliquid de quo
imminet sibi periculum mortis: quibus

pro illo tempore sit sanus: ut transire
mare vel longam viam facere. Aut dicitur
patitur grauem infirmitatem. Unde Au
de pe. di. vij. c. Nemo. Tene certum et
dimitte incertum. Quartus casus cum
quis est illius opinionis quod tenet statim
confiteri: et sic sibi format conscientiam
tunc peccat mortaliter: si non facit. Unde
xxvij. q. i. §. Et his. Omne quod est contra
conscientiam: edificat ad gehennam. Con
tra scrupulosos est hec sententia. Tercia
opinio est aliorum qui dicunt de religio
so et layco. De religioso autem cum totum
tempus vite sue: sit sibi tempus penitentiae: habita
copia sacerdotis idonei: si peccauit
mortaliter: tenet sine mora confiteri: sicut
hanc opinionem. Laycus vero rationabiliter
potest expectare tempus. xl. quod est tempus penitentiae.
Unde cum illud tempus sit magis oppor
tunum eis ad satisfaciendum et peniten
dum: si expectet illud: rationabiliter est
iudicare quod non peccent: dummodo pro
nant firmiter tunc confiteri. Sed tutior
via est: quod melius est confiteri mortali com
missio: nec tardare. Et hoc est quadru
plur ratione sicut doctores. Primo ratione si
certitudinis. Secundo aggrauationis.
Tercio elogationis. Quarto utilita
tis. Primo ratione. etc. Quod homo est incertus
quo tempore debeat vivere. mori potest si
ne loquela: pericula plurima ei es
suerire possunt. Incertus quo ad locum
quo ad tempus: quo ad modum. Ecclesia. ij.
Nescit homo finem suum Petrarca. v.
triumpho temporis hic humana spes
hec militia: hec miseri homines atten
dunt. nemo autem scit quantum vivat aut obe
at. Iohannes diuiti permitte sibi longam via
tam dictum est ei Lu. xij. c. Stulte hanc
nocte animam tuam repetet a te. Con
tra eos qui dicunt. O pater tempus veniet
quandam peccatum meum confitebor. Contra Ec
clesia. v. Ne tardes conuerti ad dominum. et
ne differas de die in diem. Secundo ratio.
etc. Quanto plus differt confiteri tan
to accumulatur peccatum peccato: et per penitentiam pe
nam pene. Tu es onustus operum ha
bes fastidisti in humeris. Extra de con
suetudine ca. fina. Tanto grauiora sunt

peccata quanto diutius infeliciter ani-
 maz detinet alligata. Et Grego. Pec-
 catum qd p pñam non diluitur mor-
 tuo pondere ad aliud trahit. Tercio
 ratione rē. Quanto plus moratur in
 pctis: tanto magis deū offendit r elō
 gatur: r p pñs difficilior erit conuer-
 ſio. iuxta illud. Qui nō est hodie cras
 minus apt⁹ erit. Et Ouidius. Punci-
 pijs obsta: sero medicina parat. Cuz
 mala per longas conualuere moras.
 Sed non est verisimile q ille qui se e-
 longauit p plures menses annos et
 dies de facili possit redire in puncto
 r hora. Quarto rōne. rē. Ex frequēti
 pfessione pctōz conſequetur tres vtilita-
 tes. Prima ēz peccati cognitio. Sa-
 cerdos tenet instruere pctōrez pñten-
 tem: r ei oñdere qñtū potest. qualita-
 tem pctōz: qñ scz mortale et ventale
 pctm r ei aperire portas r penas q̄s
 incurrerat p pctm suū ex pñti cogſcit
 pctm. Scda ēz mētē securatio. Qz ex
 frequenti cōfessione hō gaudet: leta-
 tur. Op̄: qñ domū reuertor totus le-
 sus redeo. Quere in mortali est pēa
 maxima. Aug. Iussisti dñe: et he sic
 est: vt sua sit pena: om̄is inordinatus
 effectus. Confessio hoīem letum red-
 dit. In. ix. Ethī. Virtuosorum beatissi-
 ma est vita. Jō David. In voce exul-
 tationis r confessionis: son⁹. rē. Ter-
 cio dicit peccatorum euitatio. Pro:
 pter frequētez confessionem homo vi-
 tat pctā: qz ex illa demon vires suas
 amittit. Exēplum in li. de. vij. domis.
 Cum qdam mulier de pauprate sua
 plurimū desperaret: demon apparuit
 pmittens multa: si tamen tria facerz
 Primū vt viros ecclesiasticos peccare
 faceret. Q malum. rē. Scdm vt in ec-
 clesia hora officioz garrirer et alios
 perturbaret. Tercium vt non confi-
 teretur: quia hoc michi summe displi-
 cet. Rñdit. Non faciam. Ecce lectus:
 dus sermo. rē.

¶ Feria quarta terciē hebdomade.
 De peccato.



Ceſſerūt ad

iesum ab hierosolymis
 scribe et pharisei di.
 Quare discipuli tui tras-
 grediunt traditiōes se-
 niorz: Non em̄ lauant man⁹ cū panes
 manducāt Mat. xv. ca. ¶ Secundum
 Chry. phari. erant in trib⁹ defectib⁹
 Prio erat supstitiosi. qz lauabant ma-
 nus: credentes q mundicia exterior
 fuceret mūdicia interiorē. Un̄ Tho.
 iij. parte. q. xxxvij. ar. i. Baptismata
 phariseoz erāt vana: ordinata tm̄ ad
 mūdicia carnis. Quā opinionē habu-
 ere antiq: quā sequunt sarraceni: qd
 absurdū est. Qz lotio manuum facit
 ad quandā honestatē r corpales mū-
 diciā: nō tm̄ ex necessitate. Scdo erāt
 auari: qz inducebant filios ad dandū
 bona parētū in tēplo immo vt domos
 depredarent: quod erat contra libera-
 litatem. Tercio erāt impij: qz parens
 tes puabant talibus bonis sp̄alib⁹: r
 sic fame moriebant. Cōtra hos defe-
 ctus xps vnica rñsione concludit di-
 cens. Quare r vos trasgredimini mā-
 datuz dei ppter traditiōnē vestram.
 Qui scilicet psuadetis filijs vt domos
 parentum r ep̄dentur. et eos inhono-
 rent. Cum tm̄ sit contra illud. Exodi.
 xx. honora patrem tuum r matrem
 Unde apls. Nō sunt faciēda mala.
 vt eueniant bona. Extra de simonia.
 c. Ad apostolicam. Sub prextu p̄tā-
 tis non est impietas cōmittenda. hy-
 pocrite: bñ pphetauit de vobis Esa-
 ias di. Ppls hic labijs rē. In tota scri-
 ptura nulluz peccatum inuenies ita
 a chzūto redargutum: sicut peccatuz
 hypocritarum: hypocrite mandum
 decipiunt qui vult decipi: r qui nō est
 decipit non est illi amicus. Deī hīs
 dictis vertit se ad turbam di. Nō qd
 intrat in os. idest cibus corporalis.
 Coinquinat hominē. s. sp̄ualiter: nisi
 inquantum per delectationem male
 afficitur ad cibum. Sed qd pcedit ex
 ore. i. verba que sunt interioris mali